



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi**

**Puente, Luis de la**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

§. 1.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43347**

ex affectu ac deuotione erga sanctum hunc vi-  
rum Romam proficisciens Procurator suę Prouin-  
cias Peruanę, transiens per Galliam, valde egit co-  
mendauitque Patribus Societatis, qui erant in  
Collegijs propinquioribus Cardellachio, vt in-  
quiererent diligenter sancti illius corpus: quod il-  
li ita sollicitè præstiterunt, vt verè certis signis ac  
testimonij illud inuenierint: patriq; Turriano ex  
vrbe redeunti illud tradiderunt, qui secum in Hi-  
spaniam tulit Anno 1603. tradiditq; P. Alphonso  
Ferrero Prouinciae huius Castellanæ Prouincia-  
li. Et quamvis Salmaticense Collegium valde il-  
lud optaret, eò quod sanctus vir per multos an-  
nos fuisset ibi Rector: adjudicatum est tamen do-  
mui Professæ Vallis-Oletare, vbi erat Præposi-  
tus, cùm electus fuit ad profectionem Romanam:  
vbi sanctum corpus cistæ plumbeæ inclusum col-  
locatum fuit in supremo summi Altaris gradu ad  
partem Euangeli, & superpositus est lapis cum  
hac latina inscriptione: Patri Martino Gutierrez  
Almodouar, huius domus Præposito, singulari  
pietate, virtute ac doctrina viro, in carcere apud  
Hæreticos Cardellacij in Gallia Narbonensi vita  
functo, Anno 1573. ætatis 49. Atq; huc inde trans-  
lato Anno 1603. amoris ergo Patres DD.

## §. I.

**S**ED ad historiam nostram redeamus. Statim  
satque P. Balthasar has literas accepit, consti-  
tuit, vt necessaria pecunia pro eorum redem-  
ptione quæreretur. Et quamvis quicunque alias  
fuisset Prouincię superior, magna id cura fecisset:

V 5 tanta

(tanta enim est in Societate charitas, ut non  
lum tantorum Patrum causa, quorum vita totili  
li valde expediebat; sed cuiuscunque fratriis Co  
adiutoris magna fuisset adhibita diligentia,  
iam si tuta propterea Provincia debuisset debito  
onerari) At P. Balthassari fuit res haec facilior,  
expeditior ob notitiam & amicitiam, apud Ma  
tinenses & Burgenses potentes ac diuites merce  
tores, qui suam correspondentiam cum Lug  
dicensibus habebant, quibus facillimum erat pec  
ciam assignare pro lytro Patrum soluendam. Ne  
defacta diuina Prudentia in hac occasione, na  
precedenti anno ingressi fuerant Societatem No  
uitij duo insignium facultatum, qui ex sua har  
ditate liberaliter obtulerunt tria millia ducen  
rum: tot enim necessarij censebantur ad rem on  
nino expediendam. Hac expedita diligentia, ex  
tendit Pater Balthassar properanter Burgos, n  
egocio huic finem imponeret; & inde statime  
pediuit Fratrem Bartholomeum Vvaezanum al  
huc Novitium, sed gallicę linguę periculum: qui la  
culari habitu indutus, ne agnosceretur & ab Ha  
reticis caperetur, profectus est, secum habens  
schemas Cambij Lugdunum: ubi solutum id fuit  
de quo pactum fuerat; & Patribus prosp  
ctum de ijs, quae ad suum iter pro  
sequendum erant  
necessaria.

•S (\*) S•



CAPVI

